

Band VIII., Nr. 2759, Seite 86-87

Propst Berthold von Adelberg beurkundet den Verzicht des Edlen Albert von Ebersberg gegenüber dem Abt Ulrich und Konvent von Lorch auf Güter in Nibelgau, sowie den Verkauf der Vogtei in Aichstrut, Schadberg, Wighartsreute und bei den Glasern durch denselben an das Kloster um 45 Pfund Heller.

Schorndorf, 1278. Januar 30.

Universis Christi fidelibus presentis pagine inspectoribus Berhtoldus dispositione divina prepositus monasterii in Madelberch ordinis Premonstratensis salutem in domino cum notitia subscriptorum. Cum inter venerabiles in Christo Ulrichum abbatem et conventum monasterii Laureacensis ex una et nobilem virum Albertum de Ebersberch ex parte altera super bonis sitis apud Nibelgoß, que Cunradus miles dictus Waschere quondam nomine concambii seu permutationis prefatis . . . abbati et conventui assignavit et donavit libere, iam dudum questio verteretur, inter ipsas partes communi consensu taliter exstitit ordinatum, ut die et termino deputatis ad illud apud Schorndorf convenirent et ibidem presentibus viris discretis personis tam religiosis quam in iure peritis ac militibus honorandis, quas personas secum adducere debuerunt, quod iustum foret super predictis bonis, pars utraque acceptaret. Demum adveniente die nobis et Hainricho capellano nostro, magistro Cunrado de Augusta archidiacono PRIXIENSI, Fridericho decano de Lorch, magistro Hainricho notario nobilis viri Cunradi ducis de Thekke, Cunrado plebano de Bliderhusen, Bernoldo seniore de Urbach, Cunrado de Waldenstein et Morhardo militibus, fratre Egenone de Stoufen, Bernoldo clerico, Fridericho filio domini Waltheri de Urbach, Cunrado sculteto, . . . Chrellone, . . . Jungen de Schorndorf ac aliis pluribus fide dignis presentibus memoratus Albertus de Ebersberch publice recognovit, sibi nullum ius in bonis premissis competere nec in eis unquam ius aliquod habuisse, confitendo se ipsa bona in iniuriam et preiudicium predictorum . . . abbatis et conventus indebite occupasse illis temporibus, quibus ea detinuit occupata, petens insuper, ut hanc recognitionem sive confessionem suam cum testibus prenotatis scribi faceremus et ipsius ac nostri sigillorum munimine roborari. Preterea cum nobilis sepedictus in quibusdam aliis diversis bonis Laureacensi monasterio attinentibus, videlicet in Haichinstruet, in Schadeburch, in Wichartesrütin¹, apud Glasarios, sibi ius advocatie usurparet et iam aliquandiu usurpasset, recepta certa

¹Heute Schafhof, Welzheim, WN.

II

pecunie quantitate, scilicet quadraginta quinque libris Hallensium monete a venerandis viris abbate et conventu prenotatis renuntiavit libere advocatie huiusmodi sive iuri et omne ius, quod in bonis premissis sive quibuslibet aliis nunc eidem monasterio attinentibus habuit seu habere dinoscitur, donavit libere et absolute abbati et conventui supra scriptis. Nos igitur ad petitionem ipsius in testimonium premissorum presenti scripto una cum sigillo ipsius nostrum sigillum duximus apponendum.

 Actum et datum apud Schorndorf, anno domini MCCLXX octavo, III. kalendas Februarii.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

 Bücherschrift, mit Tinte liniert.
Die Siegel abgegangen.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

A 499 U 523

Editionen:

Normann: Observationes, S. 106.

Regesten:

Crusius: Annales Suevici, 3, 3, 4, S. 146. Württembergische Geschichtsquellen 1 (1887) - 4 (1891); 2. Serie 1 (1894) - 25 (1956), Bd. 12 (Lorcher Urkundenbuch), S. 6, Nr. 12.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Schorndorf

Ortsindex:

Adelberg - Kloster Wohnplatz (561)
 Adelberg - Kloster, Adelberg, GP
 Aichstrut Wohnplatz (1643)
 Aichstrut, Welzheim, WN
 Brixen, Trentino-Südtirol, Italien
 Ebersberg Wohnplatz (1296)
 Ebersberg, Auenwald, WN
 Hohenstaufen (Burg) Wüstung (21669)
 Hohenstaufen (Burg), Göppingen, GP, W
 Kloster Lorch Wohnplatz (4658)
 Kloster Lorch, Lorch, AA
 Nibelgau
 Plüderhausen Wohnplatz (1527)
 Plüderhausen, WN
 Schadberg Wohnplatz (1404)
 Schadberg, Kaisersbach, WN
 Schafhof Wohnplatz (1663)
 Schafhof, Welzheim, WN
 Schloß Ebersberg, Auenwald, WN
 Schorndorf Wohnplatz (1569)
 Schorndorf, WN
 Teck Wohnplatz (437)
 Teck, Owen, ES
 Urbach WN
 Urbach Gemeinde (1608)
 Waldenstein Wohnplatz (1557)
 Waldenstein, Rudersberg, WN
 Wäschenbeuren Wohnplatz (838)
 Wäschenbeuren, GP